

PRÆFATIO FACULT. THEOL. LIPSIENSIS.

rimis de tota Christi Ecclesia longe meritissimus & famigeratissimus, Reverendissimo, Serenissimo, atque Celsissimo Saxoniæ Duci, Archi-Præsulatus Magdeburgensis Postulato Administratori, Germaniæ Primi &c. à Consiliis sacris, Confessionibus & Concionibus aulicis primariis, eandem pari dexteritate ad finem perduxit, & nitidissimam in Ecclesiæ proscenio stitit. Libro precium non tantum faciunt hæc cara nomina, inter Theologos præclara lumina, supra & extra omnem judiciorum a'eam posita, sed & materia, non privati alicujus vigiliæ, sed libri Ecclesiarum nostrarum Symbolici contenen-tes ἀποτύπωσιν verborum, phrasium, sententiarum ab Ecclesia receptarum & magnæ proinde autoritatis semper habiti, nec aliqui duntaxat, sed omnes simul juncti, quibus accedit formale, sive tractandi modus, qui minime vendit fumos vel trivialia tractans, vel ἀλλότρια substituens, sed textus analysin accuratissimam, notas eruditissimas, & in recessu multum habentes, nec non quæstiones ad rerum Theologicarum cognitionem abundantissimam manuducentes tradit. Commendat hoc scriptum non quotidianum etiam finis, oīnodouī Studiosæ juventutis, quæ sæpius in Autorum delectu aberrat, & pro Junone nubem amplectitur, ut libris Symbolicis, quibus aliquando ad Ispartam aliquam ornandam promovenda sepe vult adstringere, maturius assvelcat, nec verborum duntaxat corticem rodat, sed ad medullam